

†
PAX

Formule de bénédiction du cordon de saint Joseph

Sacerdos qui ab Apostolica Sede privilegium
obtinuerit benedicendi cingula in honorem S.
Joseph Sponsi

B. M. V., superpelliceo et stola alba indutus,
dicit:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui virginitátis
consilium et amórem iúngeris atque castitátem
præcipis: orámus cleméntiam tuam, ut hæc
cingula castitátis tésseram bene + dícere, et
sancti + ficare dignéris, ut, quicúmque pro
castitáte servánda illis præcíncti fúerint,
intercedénte beáto Joseph, sanctíssimæ
Genitricis tuæ sponso, gratam tibi continéntiam,
mandatorúmque tuórum obediéntiam servent,
atque véniam peccatórum suórum obtíneant, et
sanitátem mentis et córporis percípiant,
vitámque consequántur ætérnam: Qui vivis et
regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti
Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Orémus.

Da, quæsumus, omnipotens ætérne Deus: ut
puríssimæ Virgínis Mariæ, ejúsque sponsi
Joseph, integérrimam virginitátem venerántes,
eórum intercessiónibus puritátem mentis et
córporis consequámur. Per Christum Dómmum
nostrum. R. Amen.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui
castíssimo viro Joseph puríssimam Mariám
semper Virginem, et púerum Jesum commisisti;
te súpplíces exorámus; ut fidèles tui, qui his
cingulis in honóre, et sub protectióne ejúsdem
sancti Joseph præcíncti fúerint, te largiéntem,
et ipso intercedénte, in castitáte semper devote
persistant. Per eúndem Dóminum nostrum
Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit
et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per
ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

V. Notre secours est dans le nom du
Seigneur

R. Qui a fait le ciel et la terre.

V. Le Seigneur est avec vous

R. Et avec votre Esprit

Prions

Seigneur Jésus Christ, qui avez donné
l'amour et le conseil de la virginité, et qui nous
avez prescrit la chasteté: nous prions votre
clémence, pour que vous daigniez bénir + et
sanctifier + ces cordons, symboles de chasteté,
afin que quiconque en aura été ceint pour garder
la chasteté, par l'intercession de Saint Joseph,
l'époux de votre Sainte Mère, observe la
continence qui vous est agréable et l'obéissance
à vos commandements, et qu'il obtiennent le
pardon de leurs péchés et reçoivent la santé de
l'esprit et du corps, et la vie éternelle. Vous qui
vivez et réglez avec Dieu le Père dans l'unité du
Saint Esprit qui est Dieu pour les siècles des
siècles. Amen

Prions.

Donnez-nous, Dieu éternel et tout-puissant,
nous vous en supplions: que vénérant la parfaite
virginité de la très pure Vierge Marie et de son
époux Joseph, nous obtenions par leur
intercession la santé de l'âme et du corps. Par le
Christ notre Seigneur. Amen.

Prions.

Dieu éternel et tout-puissant, qui avez
confié au très chaste Joseph la très pure Marie
toujours Vierge et l'enfant Jésus, nous vous
prions en suppliant; que vos fidèles qui auront
été ceints de ces cordons en l'honneur et sous la
protection du même Saint Joseph, persistent
toujours dans la chasteté avec dévotion, par
votre grâce et son intercession. Amen

Orémus.

Deus, innocentiae restitutor et amator: quæsumus, ut fideles tui, qui hæc cingula adhibuerint, intercedente beato Joseph, sanctissimæ Genitricis tuæ sponso, in lumbis suis sint semper præcincti, et lucernas ardentes gestent in manibus suis; ac similes sint hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut, cum venerit et pulsaverit, confestim aperiant ei, et in æterna gaudia recipi mereantur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Appendix

Deinde Sacerdos, imposito thure in thuribulo, aqua benedicta aspergit cingula, dicens: Aspéges me, Dómine, hyssópo et mundábor: lavábis me, ec super nivem dealbábor: postea incensat, et tandem dicit:

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus, sperantes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxiliium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Dómine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus misericors, Deus clemens, cui bona cuncta placent, sine quo nihil boni inchoatur, nihilque boni perficitur: adsint nostris humillimis precibus tuæ pietatis aures, et fideles tuos, qui in tuo sancto nomine cingulo benedicto in honorem et sub protectione sancti Joseph præcincti fuerint, a mundi impedimento, vel sæculari desiderio defende; et concede eis, ut in hoc sancto proposito devoti persistere, et remissione percepta ad electorum tuorum valeant pervenire consortium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum; Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Prions.

Dieu, rénovateur et aimant l'innocence et réparateur, nous vous demandons que vos fidèles, qui auront employé ces cordons, par l'intercession de Saint Joseph, l'époux de votre Très Sainte Mère, soient toujours les reins ceints et portent une lumière ardente en leurs mains; et qu'ils soient semblables aux hommes qui attendent leur maître, quand il rentre des noces pour quand il viendra et frappera, ils lui ouvrent aussitôt, et méritent de recevoir les joies éternelles: vous qui vivez et régné dans les siècles des siècles. Amen.

Appendice

Ensuite, après avoir mis l'encens dans l'encensoir, le prêtre asperge le cordon avec l'eau bénite en disant : Aspergez-moi, Seigneur, par l'aspersion de l'hysope, et je serai pur; lavez-moi et je serai plus blanc que la neige. **Après cela, il encense, et ensuite il dit :**

V. Sauvez vos serviteurs.

R. Qui espèrent en vous, ô mon Dieu

V. Envoyez-leur, Seigneur, votre secours de votre sanctuaire.

R. Et du haut de Sion, protégez-les.

V. Seigneur, écoutez ma prière.

R. Que mon cri parvienne jusqu'à vous

V. Le Seigneur soit avec vous.

R. Et avec votre esprit.
Prions.

Dieu miséricordieux, Dieu clément, à qui tout bien placent, sans qui aucun bien n'est entrepris, ni accompli, que nos très humbles prières soient présentées aux oreilles de votre bonté, pour que vos fidèles qui auront été ceints en votre Saint Nom de ce cordon béni en l'honneur et sous la protection de Saint Joseph, soient défendus des empêchements du monde et des désirs séculiers: et concédez-leur de persévérer avec dévotion dans leur sainte entreprise, et ayant obtenu miséricorde, qu'ils puissent parvenir à la société de vos élus. Par Jésus-Christ votre Fils, notre Seigneur, qui vit et règne dans l'unité de Dieu pour les siècles des siècles. Amen.